



concinnitas, atis. subs. f. FORMA pl. GELL pr.10., AMM 29.1.19., NOVELL Iust 36.4. ETYM →concinnitudo. [FREQ humilis 31 ^{indicia} 1,9 ^{/d.c.m.} 46 Cic] uocabulum scriptis litterariis exponendo (techincis quoque in Ciceronis Brutus) narrando argumentando aptum, semper prosa, usibus mediis doctisque; inde a saec. I aec. apparet, postea languet cum rhetorica eo minus utatur, Christiana moralitas magis.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	7	1
	exponens	16	5,4
	narratiua	8	1,5
DIACHRONICA	I aec.	15	5,4
	I-II ec.	7	1,8
	III-V ec.	9	1
DIAPHASICA	docta	5	2,4
	media	26	1,9
DIASTRATICA	litteraria	26	1,9
	technica	5	1,8
MODUS	prosa	31	2,2

¶ **a1** RHET scripti litterarii congruens compositio • *estructuración armoniosa del discurso* [HYPER digeries^a SIM →compositio^c ANT inconcinnitas^a DOM oratio, sententia, uerbum] 46 Cic Brut 38. memoriam concinnitatis suae. 325. ornata sententiarum concinnitas.

^{+ gen.} *membrorum symmetria, eo ut orationis iucundum rhythmum efficeret, fultum erat* • *estaba basada en simetría de sus miembros para alcanzar un ritmo oratorio atractivo y ameno* [DOM numerus] 46 Cic Orat 38. Datur etiam uenia concinnitati sententiarum ... ut uerba uerbis quasi demensa et paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum. 83. Illam autem concinnitatem, quae uerborum conlocationem inluminat eis luminibus quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant.

per uersuum analogiam, quibus rhythmus in serie uocalium longarum breuiumque stat, concinnitas in prosa per uocabulorum rationem apparet, unde harmonia naturaliter procedere uidetur • *así como en el verso el ritmo se establece por la sucesión armoniosa de vocales largas y breves, en la prosa concinnitas se manifiesta en la relación entre las palabras, de la cual parece surgir de forma natural* [DOM numerosus] 46 Cic Orat 219. non numero solum numerosa oratio sed et compositione fit et genere ... concinnitatis —compositione potest intellegi, cum ita structa uerba sunt, ut numerus non quaesitus sed ipse secutus esse uideatur.

cuius structura per uerborum oppositionem uel similitudinem apparebat, seu per uerborum finium dulcedinem similiter concludentium • *estaba fundamentado tanto en la presentación opuesta o similar de las palabras escogidas, o bien en el atractivo de las asonancias producidas por terminaciones semejantes* 46 Cic Orat 164. Nec solum componentur uerba ratione sed etiam finiuntur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Et finiuntur aut ipsa compositione et quasi sua sponte, aut quodam genere uerborum, in quibus ipsis concinnitas inest; quae siue casus habent in exitu similis siue paribus paria redduntur siue opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiamsi nihil est factum de industria.

in his magister Gorgias inter Graecos fuit, quem Cicero inter Latinos adsectauit • *el maestro indiscutible en su uso, entre los griegos, fue Gorgias, al que siguió el propio Cicerón entre los latinos* 46 Cic Orat 165. In ... concinnitatis consecratione Gorgiam fuisse principem accepimus; quo de genere illa nostra sunt in Miloniana. 167. Gorgias, cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas.

at tropus erat minime capreolatim affectandus • *aunque este recurso no debía resultar artificioso* 46 Cic Orat 84. conclusa eodemque pacto cadentia et immutatione litterae quasi quaesitae uenustates, ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat.

a2 *praedulciorum periculum aspernatum est, quasi falsus cultus uel troporum redundantia inutilis* • *precisamente por este riesgo de afectación o rebuscamiento, fue objeto de un cierto desprecio, como si se tratara de una elegancia artificiosa o un abuso de los recursos literarios* [SIM concinnitudo] 63-65 SEN Epist 115.3. Non est ornamentum uirile concinnitas. 121 SUET Aug 86.1. Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, uitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate. 390 VEG Mil 1.pr. licet in hoc opusculo nec uerborum concinnitas sit necessaria nec acumen ingenii, sed labor diligens ac fidelis.

pl. praestigiae cauillosae in usu uerborum • *maneras o trucos efectictas* 160 GELL pr.10. inscripta nimis lepida multasque prorsum concinnitates redolentia.

postea ad uerborum formam pertinuit, sensui oppositam et ab hoc mendacem • *más tarde se aplicó a la forma de las palabras, opuesto al contenido y por tanto falaz* 220 MIN FEL 14.1. «Parce,» inquam, «in eum plaudere: neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis ... maxime cum non laudi, set ueritati disceptatio uestra nitatur». 22.1. dubitat horum imagines consecratas uulgo orare et publice colere, dum opinio et mens imperitorum artis concinnitate decipitur.

a3 (→concinnus^{b3}) *concisa breuitas* • *concisión* 350 SOL pr.2. damnosa concinnitas. 55.1. Sed si Indicis urbibus aut nationibus resistamus, egrediemur repromissae concinnitatis modum.

b *MUS membrorum per uices harmonica uariatio* • *alternancia armoniosa de los miembros* 388-390 AUG Mus 5.2.1. quaero, utrum ob aliud pes aurem mulceat, nisi quod in eo duae illae partes, quarum una in leuatione, altera in positione est, numerosa sibi concinnitate respondent? 5.3.27. sine concinnitate quidem duorum membrorum, siue ista, siue aliqua alia, uersus nullus est.

c RHET *dulcedo ab artificiosa re accepta* • *atractivo producido por una realidad artificiosa* 60 COLUM 1.4.3. cum sit sapientis non ubique emere, nec aut ubertatis illecebris aut deliciarum concinnitate decipi. 390 AMM 29.1.19. obumbratis blanditiarum concinnitatibus cauillando Valentem subrusticum hominem sibi uarie conmulcebat.

d IUS *fraudatorium commercium seu compositio* • *trato o concierto fraudulento*, colloquial *apaño* [HYPER machinatio] NOVELL Iust 36.4. Inuenta etenim circa tales requisitiones summa calliditate respuendas esse huiusmodi concinnitates sancimus.